Berchorius, Petrus: Liber Bibliae moralis
[Cologne]: Bartholomaeus de Unkel, 17 Mar. 1477, 1477




ꝙ vbicūqꝫ vident declinare et in
clinari illos qui primi et superi'
ores ſunt inter eos ſcꝫ bonos ꝑ-
latos et honeſtiores et ſeniores
pſonas· ꝓ certo aliꝭ debēt ſequi
p imitacōnē et obediēciam incli-
nari· math· viij· Magiſter ſeq̄r
quocūqꝫ ieris· Ille igitꝰ rote ſciꝫ
boni ſubditi debent ſequi aīalia
ſancta ·i· bonos ꝑlatos et viros
doctos ſcꝫ obediēdo ⁊ ſe eis ꝯfor
mando· Eze· x· Gradientibꝯ illis
rote quocūqꝫ ſubſecute ſūt· Ita
cum eis debent ire bene opando
cum eis ſtare fortiter pſeuerādo
cum eis eleuari a terra t̄rena deſ
piciendo et celeſtia affectādo· E-
leuata ſūt de terra corā me· et ra-
tio ē· quia ſpūs vite dꝫ eſſe ī eis
ideſt ſpūs ſcūs· qui debet eis vir
tutem et grām dare· ipi vero de-
bent eum ſequi· et inſpiracōni et
volūtati ipius obedire Eze· pmo
Ubi erat impetus ſpūs· ibi gradi
ebantꝰ· Conſequent vidit eze
chiel firmamētū ſup capita aīa-
liū ſcōrū quod erat de ſpecie criſ
talli et in firmamento erat ſedes
de lapide ſaphiri et in throno ſe
debat ſilitudo filij hoīs qui in
ſe gerebat p circuitū ſpēm ignis
et electri· et circa ſe habebat qua
ſi ſimilitudinē arcus celi ac ſi fu-
erit in die pluuie et in nube· Sꝫ
ꝓ certo quādo ſup firmamentū
celi qd erat ſup caput eoꝝ fiebat
vox: ſtatim aīalia p̄nas ſuas
ſubmittebāt· ⁊ ſic vocem q̄ facta
fuerat audiebāt Dic ꝙ firma
mentū ſignificat eccām que bn̄
fundata eſt ſup firmā petram: q̄
criſtallina dicitꝰ quia in ea ſplen
dor veritatis fidei et eciā ſtabili-
tas ꝑpetue pmanēcie repitꝰ Sub
iſto eciā firmamēto dicuntꝰ aīa-
lia ſcā habitare: qꝛ nullus ē bo'
nus aut ſcūs niſi illi q̄ in firma
mento ecc̄e p fidē et grām dinoſ
cuntꝰ manere· Gen̄· primo· Stel
las poſuit in firmamēto celi· In
iſto aūt ecc̄e firmamento ē thro
nus eccāſtice et maxime apoſto
lice ꝑlature: qꝛ ſcꝫ de ſaphiro cu
ius eſt color celeſtis dicitꝰ eſſe ꝓ
eo ꝙ eccāſtica iuriſdictio celeſtiˢ
et ſpūalis totalitꝰ debet eē· Pſaie
liiij· Fundabo te in ſaphirꝭ ⁊ da
bo iaſpidē id ē iuſticiā ꝓpugna
cula tua· In iſto eciā throno id-
eſt dignitate eccāſtica dꝫ ſedē fi-
lius hoīs ideſt pſona rōalis: p
honeſtatē ad modū electri debet
fulgere· p caritatē moē ignis dꝫ
feruere: p ſapiam dꝫ ſplendere:
arcū eciā celeſtem id ē iuſticiam
debet circa ſe poſſidē· Qui tamē
ī die pluuie et in nube eſſe dicitꝰ
ꝓ eo ꝙ iuſticia ſemp dꝫ eē cum
miſericordia et cū dulcedinis ꝓ
fluuio· vn̄ gen̄· ix· Arcū meū po
nam in nubibꝯ· Quid igitꝰ: pro
culdubio ſi cōtingat ꝙ de firma
mento ecc̄e et ꝙ de throno iudi-
ciarie ptātis et a filio hoīs id eſt
a ꝑlato exeat aliqua vox ideſt a
domino ꝑceptū vel ſtatutū: ſta-
tim aīmalia ſcā que ſunt ſubtus
ideſt ſubditi boni dn̄t ſtatī alas

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-260/0539
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG